Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Machario

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

predicavit et in sacre virginitatis proposito
confirmavit. Quam ille firmam considerans et ne
aliquando flecteretur formidans dominum in-
stanter exoravit ut eam ad se vocaret per-
uenit ultra vivere permitteret. quod et factum est
nam post paucos dies ad dominum migra-
vit quam ipse propriis manibus sepelivit. Quod mater
beate Apie considerans rogavit ut sibi quod fi-
lie impetraverat. quod et fecit et ipsam orationibus
suis ad regnum premisit. ¶ Eo tempore Leo papa
hereticorum perfidia depravatus omnium episcoporum conci-
lium convocavit. quibus convocatis Hylarius
non vocatus advenit. Quod audiens papa pre-
cepit ut aliquis sibi assurgeret nec aliquem
locum daret. Cum igitur ingressus fuisset dixit
ad eum papa. Tu es Hylarius gallus. Et ille.
Non sum gallus, sed de gallia, id est non sum de gal-
lina natus sed de gallia Hylarius. Ego sum
Leo romane sedis apostolicus et iudex. Cui Hy-
larius. Et si tu es Leo, non tamen de tribu Iuda.
Et si iudicans resides, non tamen in sede maie-
statis. Tunc papa cum indignatione surrexit dicens.
Modicum prestolare donec veniam et tibi quod
meruisti reddam. Cui Hylarius. Si non redie-
ris quis mihi pro te respondebit. Et ille. Conti-
nuo rediens tuam superbiam humiliabo.
Cum igitur papa ad secreta nature ivisset, dissen-
teria preventus et omnia intestina ibidem per-
dens miserabiliter vitam finivit. Interea vi-
dens Hylarius quod nullus sibi assurgeret pa-
tienter terram in terram posuit sedens.
Domini est terra. Statimque terra in qua se-
debat sursum se extulit et usque in equalitatem
aliorum episcoporum se levavit. Cum igitur papa misera-
biliter miraculo defunctus, assurgens
Hylarius omnes episcopos in fide confirmavit
katholica et confirmatos ad propria remi-
sit. Hoc autem miraculum de morte Leonis
pape dubitationem habet. Tum quia hystoria ec-
clesiastica vel tripartita nichil de hoc loquitur. tum quia

Cui ille.

licet papa talis nominis tunc fuisse inveniatur. Tum quia
tur. tum quia sanctus Ieronimus dicit sancta romana ecclesia que semper imma-
culata permansit et in futuro manebit sine ullo
hereticorum insultatione. ¶ Tandem multis mira-
culis preclaratus cum beatus Hylarius in firmitatis ob-
itum suum imminere cognosceret Leontium presbiterum
quem maxime diligebat ad se vocavit et noc-
te imminente ut foras exiret ammonuit
et si quid audiret ut renunciaret imperavit.
Ille iussa complens voce adhuc cuncti
cum tumultuantis se audisse rediens ex-
posuit. Et cum circa eum vigilaret finem eius
expectans media nocte iterum iubetur exi-
re et quid audiret iterum referret. Cui cum
nichil se audisse renunciasset magna lumina
claritatis quam presbiter sacerdos ferre non potuit
ad eum intravit et sic paulatim recedente
luce ad dominum migravit. Floruit autem
circa annos domini ccc xl. De s. Machario

Macharius dicitur a macha quod est ingeni-
um et ares quod est virtus vel a macha
quod est percussio et ros quod est magister. Fuit enim
ingeniosus contra demonum fallacias,
victoriosus quantum ad vitam, percussio in digni-
tate corporis, magister in regimine prelationis.
Macharius abbas descendit de Sciti et
intravit dormire in monumento ubi sepul-
ta erant corpora paganorum et extraxit unum
corpus sub caput suum tamquam pulvinarium. De-
mones autem volentes eum terrere vocabant
quasi unam mulierem dicentes. Surge veni
nobiscum ad balneum. Et alter demon sub ipso
tamquam ex mortuo illo dicebat. Peregri-
num quendam habeo super me, non possum venire.
Ille autem non expavit sed tundebat corpus illud
dicens. Surge et vade si potes. Et audi-
entes demones fugerunt voce magna
clamantes. Vicisti nos. ¶ Cum aliquando
abbas Macharius a palude ad cellam
suam rediret occurrit ei diabolus cum falce

meliores. Et volens eum percutere cum falce non potuit et dixit ei: Magnam violentiam patior a te, Machari, quia non possum praevalere adversum te. Ecce enim quaecumque tu facis et ego facio; ieiunas tu et ego penitus non comedo; vigilas tu et ego omnino non dormio. Unum est solummodo in quo me superas. Et dixit abbas: Quid est? Cui ille: Humilitas tua, propter quam non praevaleo adversum te. Cum temptationes ipsum nimium molestarent, surrexit et magnum saccum harenae suis imponens humeris per multos dies sic per desertum ibat. Quem Theosebius inveniens dixit: Abba, cur tantum onus portas? Et ille: Vexo vexantem me. Abbas Macharius vidit Sathanam cum figura hominis transeuntem, in vestimento lineo lacerato, et per omnia foramina pendebant ampullae. Et dixit ei: Quo vadis? Et ille: Vado potionare fratres. Cui Macharius: Quare tot ampullas portas? Respondit: Gustum fratribus porto, et si unum alicui non placebit, offeram secundum vel tertium, et sic per ordinem ut aliquod placeat. Et cum rediret, dixit ei Macharius: Quid fecisti? Respondit: Omnes sanctificati sunt, et nemo me accepit nisi unus qui vocatur Theoctistus. Surgens autem Macharius abiit illuc et fratrem temptatum inveniens sua eum exhortatione convertit. Post haec Macharius eum inveniens dixit: Quo vadis? Cui ille: Ad fratres vado. Et cum rediret, occurrit senex et dixit: Quid agunt fratres? Cui ille: Male. Et dixit: Quare? Quia omnes sunt sancti, et quod maius est malum, unum quem habebam amisi, et omnibus sanctior factus est. Audiens hoc senex Deo gratias egit. Quadam die sanctus Macharius caput defuncti repperit et oratione facta interrogavit cuius caput fuerit, et respondit se fuisse paganum. Et dixit ei Macharius: Ubi est anima tua? Respondit: In inferno. Cumque requireret si multum in profundo esset, quantum distaret caelum a terra, tantum esse respondit. Cui Macharius: Suntne alii te profundiores? Respondit: Iudaei. At ille: Et ultra Iudaeos sunt alii profundiores? Cui ille: Profundiores sunt omnibus falsi christiani, qui Christi sanguine tam pretioso redempti tam parvipendunt. Cum vero per eremi solitudinem profundissimam pergeret, ad quodlibet miliare harundinem figebat, ut postmodum rediens sciret. Sed cum iam novem dietas secessisset et in quodam loco quiesceret, dyabolus omnes harundines collegit et sub capite suo posuit, ut ad redeundum plurimum laboraret. Frater quidam plurimum cogitationibus suis molestabatur, quod scilicet in cella inutilis esset, licet si inter homines habitaret multis prodesse posset. Et cum cogitationes suas beato Machario retulisset, ille ait: Fili, sic eis responde: Hoc saltem facio, propter Christum parietes custodio. Cum quidam culicem se pungentem occidisset manu et multum ex illo sanguinis emanasset, reprehendens se quod propriam vindicasset iniuriam, nudus sex mensibus in deserto mansit, et ab oestris bestiarum totus laceratus exivit. Post haec multis clarus virtutibus in pace quievit.

De sancto Felice in pincis de nomine

Felix presbyter in pincis dictus est vel a loco in quo requiescit, vel a subulis cum quibus passus perhibetur. Nam pincta subula dicitur. Hic, ut aiunt, magister puerorum exstitit, quibus cum nimium rigidus fuisset, tentus a paganis, cum Christum libere confiteretur, traditus fuit in manibus puerorum quos ipse docebat, qui eum cum stilis et subulis occiderunt. Ecclesia tamen magis eum videtur quod non martyr exstitit, sed confessor. Hic ad quodlibet idolum ducebatur ut ei sacrificaret, illud sufflavit et statim corruebat. Legitur autem in quadam alia legenda quod cum Maximus Nolanus episcopus persecutionem fugiens fame et gelu affligeretur